# Badische Landesbibliothek Karlsruhe

## Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe


# Liber Chori B.M.V. in Erfordia - Cod. St. Peter perg. 50 a

## Erfurt, [13. u. 14. Jh.]

Antiphonae dominicales


urn:nbn:de:bsz:31-28186

xxiiii.

Dicite invitatis ecce prandium meum paravi venite ad nuptias dicit dominus. a. Nuptie quidem parate sunt sed qui invitati erant non fuerunt digni ite ad exitus viarum et quoscumque inveneritis vocate ad nuptias dicit dominus.

a. Amice quomodo huc intrasti non habens vestem nuptialem at ille obmutuit rex autem dixit ligatis manibus et pedibus mittite in tenebras exteriores. a. Multi enim sunt vocati pauci vero electi dicit dominus. xxv.

Erat quidam regulus cuius filius infirmabatur capharnaum hic cum audisset quia ihesus veniret in galyleam rogabat eum ut sanaret filium eius. a. Domine descende ut sanes filium meum priusquam moriatur.

156

et ihesus uade filius tuus uiuit aevia. Ā Cognouit autem
pater quia illa hora erat in qua dixit ihesus filius tuus
uiuit et credidit ipse et domus eius tota. xxvi.
Dixit autem dominus seruo redde quod debes proci
dens autem seruus ille rogabat eum dicens pacientiam
habe in me et omnia reddam tibi. Ā Pacienciam habe in
me domine peccaui et omnia reddam tibi. Ā Serue ne
quam omne debitum dimisi tibi quoniam rogasti me
nonne ergo oportuit et te misereri conserui tui. sicut
et ego tui misertus sum dicit dominus. xxvii.
Abeuntes pharisei consilium inierunt ut cape
rent ihesum in sermone aevia. Ā Magister scimus q

uerax es et uiam dei in ueritate doces aevia. a. Interrogatus
a iudeis dominus si licet censum dari cesari respondit ihe
sus et dixit reddite ergo que sunt cesaris cesari et que
sunt dei deo aevia. xxviii. Dicebat enim intra se si teti
gero fimbriam uestimenti eius tantum salua ero. a. Si tetigero
fimbriam uestimenti eius salua esse potero ab infirmi
tate mea. xxix. Cum subleuasset oculos ihesus.
et uidisset maximam multitudinem uenientem ad se
dixit ad philippum. unde ememus panes ut mandu
cent hii hec autem dicebat temptans eum ipse enim
sciebat quid esset facturus. a. Illi ergo homines cum
uidissent quod fecerat signum dicebant quia hic est

uere propheta qui uenturus est in mundum. R. D.

Spes mea domine a iuuentute mea. V. In te confirmatus sum ex utero de uentre matris mee tu es meus protector. A iuuentute. Gloria patri et filio et spiritui sancto. Spes mea. Dicet dño. R. Educ de carcere animam meam. Ut confiteatur nomini tuo domine. V. Periit fuga a me et non est qui requirat animam meam. Ut confiteamur. R.

Ipse liberabit me

Esto nobis domine Turris fortitudinis. V. A facie inimici. Turris. R. Participem me fac deus omnium timentium te et custodientium mandata tua. Aspice

Scapulis suis